Decretum S. D. N. CLEMENTIS Papæ VIII. circa Litanias obſeruandum.




QVONIAM multi hoc tempore, priuati etiam homines, prætextu alendæ deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ ſententiæ, in alijs (quòd grauius eſt) periculoſæ, & errorem ſapientes inueniantur Sanctiſs. Dominus Noſter Clemens Papa VIII. pro ſollicitudine ſua paſtorali prouidere volens, vt animarum deuotio, Deiq; , ac Sanctorum inuocatio, ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur; præcipit, & mandat, vt retentis antiquiſsimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur; necnon Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari ſolent: quicũq; alias Litanias edere, vel iam editis, in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſsionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoſcendas, & ſi opus fuerit corrigẽdas, mittere teneãtur, neq; ſine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant, ſub pænis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis.

Præſens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram prędicto Sanctiſsimo Domino Noſtro, ac Illuſtriſsimis, & Reuerendiſsimis Dominis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus, octauo Idus Septembris, Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti M. DCI.

Quintilianus Adrianus Notarius.

ROMAE Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ. M.DCII.

Decretum S. D. N. CLEMENTIS Papæ VIII. circa Litanias obseruandum.



QVONIAM multi hoc tempore, priuati etiam homines, praetextu alendae deuotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formae Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptae sententiae, in alijs (quod grauius est) periculosae, & errorem sapientes inueniantur Sanctiss. Dominus Noster Clemens Papa VIII. pro sollicitudine sua pastorali prouidere volens, vt animarum deuotio, Deiq; ac Sanctorum inuocatio, sine vllius detrimenti spiritualis periculo foueatur; praecipit, & mandat, vt retentis antiquissimis, & communibus Litanijs, quae in Breuiarijs, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur; necnon Litanijs de Beata Virgine, quae in Sacra Æde Lauretana decantari solent: quicunq; alias Litanias edere, vel iam editis, in Ecclesijs, siue Oratorijs, siue Processionibus, vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigedas, mittere teneātur, neq; sine licentia & approbatione praedictae Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare praesumant, sub poenis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris seuerè infligendis.

Praesens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctae Romanae & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram praedicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, aduersus haereticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, octauo Idus Septembris, Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi M. DCI.

Quintilianus Adrianus Notarius.

ROMAE Ex Typographia Reu. Camerae Apostolicae. M.DCII.